



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Stanislaus Brunouius, & socij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Fides .

gandæ operam insignitè nauauit. Porrectum illi à barbaris venenum, eum dolore capitis acerbò, deinde febris inflammata, mox vomitu cruento, afflixit; & octauo post die morte oppressit.

P. Stanislaus Brunonius, & socij .

*Polonus.
in silua.
5. Maij.
1642.
etat. 52.
Soc 32.*

Cùm socij ad Schismaticos Ecclesiæ reddendos adhibiti laborarent, inito senaculo decreuère schismatici, vt Patres, vbi vbi possent, occiderent. Factum id per conductos ad id sicarios schismaticos in silua decè quercuum dictâ, operâ latronum dicentium: Non vestra, sed vos quærimus. P. Stanislaus Brunonius iam aliàs odio erat Schismaticis, ob non vnam de illis relatam victoriam, coram Proceribus; & quòd

quòd (summo certè Schif-
matici Archimandritæ do-
lore) primus ipse Periasla-
uia Catholicum templum, *Fides*
primus tam exosa Schisma-
tici Societatis Iesu domi-
cilium collocârit, Scholas
Catholicas aperuerit; ac
Schismaticos non paucos
orthodoxis adiunxerit. Cùm
Iaroslauia Rector Collegiũ
gubernaret, apparuit illi Al-
bertus Mechouski è Socie-
tate Scholasticus ante annos
ferè 17. vitâ functus, San- *Purgato-*
ctorum communionem, id- *rium.*
est, leuamentum poenarum,
petens: apparuit & Illustris-
sima Dux Iaroslauiensis sex-
to à morte mense, & dixit;
Pater, cur promissa non exol-
uis? Mox ille promissa 60.
sacra pro illa curauit. E-
missione (vbi vnionem Ru-

thenorum, ut vocant, seu cum Romana fide coniunctionem curârat) reducis caput à grassatoribus securi percussum, & guttur sagittis semel iterumque confossum est.

P. Gaspar Vvoynicz.

Polonus.
ibid.
etat. 30.
Soc. 9.

Internectus cum P. Stanislao, cum sagittâ in manus dextræ palmâ fuisset vulneratus, & bis securi percussus in collo. Fuit Gaspar zelo, pudicâ modestiâ, & illo potissimum elogio inclytus, quòd nullum unquam vllò dicto vel facto læserit.

Lingua.

P. Christophorus Carnostavius.

Roxolan^o.
ibid.
etat. 40.
Soc. 18.

Vnâ cum his cecidit pari de causa. Fuit perpetuâ virginitate, ac fidei Catholicæ zelo planè insignis. Ei Popus, ut vocant, seu sacrificulus schismaticus, persapè
ma-